

in. 6. Vgolinus de excomm. tabula. 2. c. 15. §. 3. v. 4. & c. 23. §. 6. n. 3.

24 Sed cum exceptio hæc nullo iure probetur, standum puto regulæ generali. d. c. intelleximus, & d. c. decernimus, de negati excommunicatio adionem; atq; ideo dicendum est peccare coniugem recedente ab altero coniuge excommunicato, verum excommunicatum agere non posse, vt sibi restituatur: ipsique agenti merito opponi posse excommunicationis exceptionem: iudicem verò ex officio restitutionem hanc debere facere, ob fornicationis periculum vitandum. Sicut spolians excommunicatus alijis rebus, reus est culpæ, & iudicisq; officij cogendus restituere: excommunicatus autem agens repellitur, nec audiendus est. Vt cū gloss. e. ex infuinatione, verb. aliud, de procur. tradunt Doctores. Ita sentiunt glossa. cap. quoniam multos, verb. vxores. r. q. 3. Speculator. tit. de petitorio, & possessorio. §. quoniam in superioribus. num. 3. Calderinus. c. finali, de ordine cognit. vbi Anto. n. 13. Abbas. n. 12. idem Abb. c. inter alia. n. 5. de sentent. excom. vbi Felinus nu. vnic. verum nunquid maritus. Zacharias addit. ad Abbatem. c. intelleximus, de iudic. n. 8. litera. A.

25 **Questio quarta.** An ratione excommunicationis viri contumacis, & in excommunicatione persistens, fas sis vxori dotem

repetere? Ioan. Andr. addit. ad Speculator. tit. de dote post diuortium restituenda §. fin. verb. 2. questio, hanc tetigit, & inde cisam reliquit. Aliqui autē cōsent, si nolit tūc vxor cū viro habitare, vsu repetēdi dote adipisci. Quasi culpa viri cesset cohabitatio. Sic Alexander conf. 78. n. 20. lib. 5. Probus addit. ad Monach. c. fin. nu. 13. de sent. excom. in. 6. Roffredus autem in suis questionibus Sabatin. q. 21. admittit iure ciuili repetitionē secus iure canonico. Sed breui, quando maritus in cōtumacia minime perseuerat, absq; dubio vxor nequit repetere dotē. Cū separari nō possit. At que ita probat Ioannes Cāpe, tractatu de dote p. 3. q. 24. Quando autē contumax est, quāuis res non sit ita certa, at verius existimo adhuc minime concedi dotis repetitionē. Quia non obstanti excommunicatione, vxor cogitur esse cum marito, vt probauimus. n. 13. per. c. inter alia, de sent. excom. nec textus distinguit, an perseueret, nec ne in excommunicatione. Ita tueret Vgolinus de excom. tabula. 2. cap. 23. §. 6. numer. 5. vbi bene hoc temperat, nisi tamdiu in excommunicatione perseueret, vt tanquam hæreticus, damnatus sit. Cum enim hæretici ipso iure bona amittant capit. cum secundum lege. §. finali, de hæret. in. 6. repetet vxor dotem.

## DISPUTATIO DECIMA QVINTA.

Verum actus coniugalis in loco publico, aut sacro exercitus, culpalethalis sit.

### SVMMARIVM.

In loco publico non licet petere, nec reddere. Quid de tactib⁹ in loco publico? n. 2. (n. 1. Quot sint questiones disputanda circa locum sacrum. nu. 3.

Cur seminis, aut sanguinis effusio in loco sacro, sit sacrilegium, & quo iure n. 4.

Quando res prohibita duplici precepto, continet duplicem malitiam? nu. 5. & ibi, an sit duplex malitia, quando peccato annexa est excommunicatio.

Transgressio festi incidentis in dominica, aut vigilia incipientis in quadragesima, aut omisio officij diuini in habere beneficium, & ordinem sacrum, aut adulterium coniugatum coniugata, afficiatur duplici malitia consistenda? nu. 6. & ibi, de transgressione vo-

vi, & inramenti de eadem re.

Num coniugalis copula Ecclesiam polluat. nu. 7. Non licet regulariter is concubitus inra locum sacrum. nu. 8.

Quid si vterque, aut alter coniux sit diuina Ecclesiam inclusus referuntur due sententia. nu. 9. & 10.

Reprobatur sententia affirmans fornicationem occultam nō esse sacrilegam mortaliter factam in Ecclesia. nu. 11.

Sententia aut horis circa concubitus coniugalem habitum in Ecclesia. nu. 12.

An vbi est licitus in Ecclesia, sit restringendum vt tantum liceat, quando causa incontinētia vitanda exerceatur? nu. 13.

An tunc polluat Ecclesiam? nu. 14. Post nu. 14. inuenies alia summaria.

Cir-

1 **C**ircumstantia loci, de qua presens est disputatio, in duplici euentu potest actum coniugalem vitare: nempe, dum publice, id est coram alijs, vel in loco sacro exercetur. Et quidem in loco publico petere, aut reddere debitum manifesta culpa lethalis est. Et neminem inueni dubitantem. Quia aduersatur decentiæ, & honestati humanæ, essentque sic coeuntes maxima ruina occasio aspicientibus. Contrarium exercebat Turrelupini hæretici, docentes ex rebus quæ à natura insunt, erubescendum minime esse. Atq; adeo natura abhorret publicum hunc concubitus, vt nulla necessitate excusari valeat. Vt bene docet Petrus à Ledesma de matrim. q. 64. ar. 7. ad. 1.

2 **Imò tactus inter coniuges alijs liciti, redduntur illiciti, quando alijs aspicientibus habentur. Quia ad venerem excitant aspicientes. Qualitas autem culpæ penfada erit, ex tactum qualitate, & astantium fragilitate, si enim tales essent tactus vt valde astantes inducerent ad venerem, attempta eorum fragilitate, esset culpa lethalis. Atq; ita Emmanuel Sa sum. verb. peccatum veri. facere, ait esse mortale eorum alijs efflere id, quod suapte natura ad mortale inducit.**

3 **Circa locum autem sacrum, triplex est disputanda questio. Primò. An actus coniugalis licite exerceatur in loco sacro, ac illum non polluat? Secundò. Quid de tactibus. Tertio, quid nomine sacri loci comprehendatur.**

4 **Questio prima.** An culpa lethalis sit, in quocumq; euentu concubitus coniugalis in loco sacro, illumq; polluat? Vt colligere facile possimus malitiam actus coniugalis in Ecclesia exerciti, præmittere oportet, vnde confurgat esse sacrilegam sanguinis, aut seminis effusionem in loco sacro, præ alijs peccatis. Nam si ad criminu grauitatem attendas, grauiora multo sunt, hæ res illi, odium Dei, quæ in Ecclesia admissa nullam specificam deformitatē recipiunt. S; ad decentiam, & reuerentiam loci sacri, magis illi aduersari videntur tactus, & verba inhonestæ inter solutos, quàm copula coniugalis de se licita, & meritoria, eū tamen illa non habeant ex loco sacro specialem malitiam mortalem: vt statim dice mus. Suarez. 3. p. q. 83. ar. 3. disp. 81. sectio. 4. §. 3. violatur Ecclesia, opinio. 2. negat rationem culpæ, & specialis deformitatis oriri ex eo quod Ecclesia polluat. fan-

guinis aut seminis effusione, sed potius dicit, quia hæc sunt turpia, & decentiæ; Ecclesie repugnantia, illis adiunctam esse veluti censuram, loci violationem, & interdicitum vt ibi diuina celebrentur. Et potest probari. Quia sicut in odium furti, & quod homines ab eo abstinerent, fulminaretur excommunicatio in furantes, non esset ratio malitiæ furti excommunicatio, sed quia furtum malum, & odiosum est, afficeretur ea censura. Præterea, quia extractio rei ad Ecclesiam confugientis, est sacrilega, propter iniuriam loco sacro illatam, cum tamet Ecclesia non violetur. Sed magis placet quod docent Valentia. 2. d. 2. disp. 6. q. 15. puncto. 1. §. præterea etiam ad eandem speciem: & Vasquez. 2. d. q. 72. ar. 6. disp. 98. n. 4. & duplici sequenti: vbi tradunt ideo sacrilegam esse, & deformitatem specificam sortiri sanguinis, aut seminis effusione in Ecclesia, non autem alia scelerata ibi admiffa: Quoniam ius Ecclesiasticum peculiari ter voluit, statuitq; e. vni. de consec. Eccl. in. 6. c. Ecclesijs, de conse. d. 1. Deo tribui cultum per immunitatem loci sacri ab humilimo di rebus. non autem ab alijs criminibus: statuitq; illis, & non his profanari locum sacrum, ita vt reconsecratione indi geat, quò in illo diuina celebrentur: vnde ea efficere in loco sacro, est contra loci consecrationem, illumq; vt facer est, violare, & hoc ex solo Ecclesie statuto. Quod inde probatur, quia malitia hæc, & specialis deformitas non confurgit ex iure naturæ, sed ex solo Ecclesie statuto: vt cum Valentia, & Vasquez docet etiam Henricus. lib. 5. de penitentia. c. 6. n. 5. & aperte probant rationes propositæ: ita non inuenitur ius Ecclesiasticum hæc prohibens in loco sacro fieri, præter textus. c. vnicum, de consec. Eccl. in. 6. c. Ecclesijs, de consec. d. 1. c. Ecclesijs, d. 68. c. finale, de conse. Eccl. c. significasti, de adulter. c. si motum, de consec. d. 1. qui textus prohibitionis mentionem minime faciunt, sed solū statuunt Ecclesias sanguinis, aut seminis effusione violari: ergo tota ratio specialis malitiæ, & sacrilegæ est, quòd Ecclesia violetur. Atq; ideo hanc rationem tradunt etiam nō ita explicatam, Palud. 4. d. 3. q. 3. ar. 2. n. 14. Ricard. 4. d. 32. ar. 3. q. 1. vbi Supplementum Gabriel. q. vnic. ar. 2. concl. 11. & ibi Sor. q. vnic. ar. 3. concl. 3. & ibi Omandus. q. vnic. post. 2. propositionem. Caie. summa verb. matrimonium. c. vltim. §. 6. caput Ar milla, verb. debitum coniugale. n. 6. Visto

ria

ria summa, de matrimonio. nu. 279. Nauar. summa latina, posteriori editione. c. 16. n. 32. ver. 4. Antonius Cucus lib. 5. inl. matorum, tit. 1. n. 11. Ledesma. 2. p. 4. q. 66. art. 1. §. vltim. Nider summa, p. 4. c. 6. c. 4. ver. sextus non tenetur. Angles florib. 1. p. de matr. q. 6. de soluendo debito, fin. Henri. lib. 11. de mat. c. 16. nu. 4. Petrus de Ledesma de matrimo. q. 6. art. 7. concl. 1. Manuel. 1. tom. summa. 2. edition. 2. 43. n. 19. Cañedo summa sacramentorum, tract. de matrimonio. c. 8. n. 71. Nec obstant rationes oppositæ. Non prior, quia (vt declarabitur. n. sequenti) furtum non prohibetur tunc respectu alterius virtutis à iustitia, qua iure naturali interdicitur est, & ideo non sortitur malitiã speciem diuersam. Non oblat & secunda. Quia ea extractio absq; pollutione Ecclesiæ est iure Ecclesiastico interdita, ob reuerentiam loci sacri, ad quem confugitum est. c. inter alia, de immun. Eccl. quod minimè statutum inuenitur in sanguinis, aut seminis effusione.

Sed dices, eò quòd Ecclesiã prohibetur sanguinis, aut seminis effusionem in loco sacro, & eaque ipsum pollui decreuerit, non esse sufficiens argumentum, vt inde colligatur esse sacrilegium mortale. Sicut furtum lege diuina, naturali, & humana prohibitum vnica furti malitiam habet. Vt facilius res hæc percipiatur, accipe regulam, quam tradunt Enriquez lib. 5. de penitentia. c. 5. n. 6. & Vasquez. 1. 2. q. 72. art. 6. disput. 98. nu. 3. & 4. Peccatum lege aliqua prohibitum, potest bifariam alio iure prohiberi. Primò respectu eiusdem virtutis, & tunc vnica, & eadem erit malitia, vt si grassantibus latronibus excommunicatio in latrocinii seratur: tunc enim, quia solus ad iniustitiam habetur intuitus, excommunicatio, & præceptum illud nouum non trahent ad aliam speciem, nec furtum illud habebit nouam circumstantiam specificam. Et in hoc euentu est verum, quod tradit Corduba summa. q. 11. ratione excb. municationis adiunctæ peccato non effici nouam culpam. Secundò potest prohiberi intuitu alterius virtutis, & tunc erit duplex malitia specifica. V. g. iniectio manus violentarum in clericum iure naturæ ob iniustitiam vetita, interdicitur sub excb. municatione iure Ecclesiastico, intuitu religionis, ob reuerentiam personæ sacræ debitam, vltra iniustitiam habet ex hac prohibitione sacrilegij religioni oppositi deformitatem. Et in hoc casu vera est sen-

tentia Enriquez lib. 5. de penitentia. c. 7. n. 2. docentis peccatum ratione excb. municationis annexæ nouam specificam malitiam accipere. Sic ergo, quia effusio sanguinis iniuriosa, aut feminis extra copulã coniugalem, iure naturæ prohibita, illa ratione iniustitiæ, hæc ratione intemperantiæ, interdicitur iure pontificio in loco sacro, statuendo illis pollui, accipiunt nouam deformitatem sacrilegij contra religionem, cuius intuitu interdicitur, ob loci sacri reuerentiam. Quòd si hæc aliàs prohibita non erant, vt effusio sanguinis iuridice facta, aut feminis in cõcubitu vxorio, erunt sacrilega facta in loco sacro, ob prohibitionem Ecclesiæ intuitu religionis, statuentiq; illis Ecclesiam violari. Sufficeret etiam ad duplicem culpam, prohiberi duplici præcepto intuitu eiusdem virtutis, diuersa tamen ratione, vt dicam. n. sequenti.

Hinc deducitur pro materia de penitentia, dum obligat præceptum audiendi sacrum, aut abstinendi à seruilibus, ratione duplicis festi concurrentis, vt si festi incidat die dominica aut ieiunij, ratione vigiliæ incidentis quatuor anni temporibus, aut quadragesima, vnica esse malitiam præceptum illud transgrediatq; ita sufficienter fateri dicentem se ieiunium, aut festum violasse. Quia præcepta illa duo sub eodem ratione formali obligant, intuitu eiusdem virtutis, vt si est festum, religionis, si ieiunium, temperantiæ, atq; ita contra Nau. summa hisp. c. 28. addit. ad. n. 5. c. 11. latina. c. 11. n. 4. Loudou. Lopez instr. q. 1. c. 29. §. 3. dico quòd quando. Manue. 1. tomo summa. 2. edition. c. 23. n. 3. dicentes esse malitiam diuersam speciem, docent vnica esse peccatum Alexander in Enchiridion. 2. par. statim in principio, tit. de discretionis peccatorum. nu. 11. Enriquez lib. 5. de penitentia. c. 5. n. 6. & c. 6. nu. 6. Vasquez. 1. 2. q. 72. art. 6. disput. 98. n. 8. & sequenti. Emmanuel Sa summa, verb. confessio. §. quidam putant. Petrus de Ledesma summa sacram. tract. de penitentia. c. 19. fol. 63. §. à esta duda mi parecer es. Et quamuis multiplicatio illa præceptorum malitiam transgressionis augeat, & ita nonnulli fatentes esse vnica peccati speciem, asserant eam circumstantiam tanquam notabiliter aggravantem, esse in confessione explicandam, vt refert Vasquez eadem disput. 98. n. 10. At verius est, quod cum Alex. & Petro de Ledesma, Emmanuel Sa

proximè citatis docet ipsemet Vasquez. eo. n. 10. non ita notabiliter aggravare, vt sit necessarium in confessione detegenda. Quòd si in fauorem prioris sententiæ adducas, transgressionem voti, & iuramenti de eadem re, duplicem malitiam specificã habere, cum tamen prohibeantur diuersis præceptis, intuitu tamen eiusdem virtutis religionis. Responso est in præptu, rationem esse, quia diuersa ratione formaliter pertinent hæc ad religionis virtutem. Vt bene docet Enriquez. d. c. 5. n. 6. Quia voti obseruatio præcipitur, vt fides debita Deo seruetur iuramenti autem, vt Deus in falsum testem inuocetur. Nec obstat etiam quòd adducit Nauar. pro se, duplex admittere peccatum Monachum Franciscanum diueneritis, in quo incidit vigilia, non ieiunant emulterum contra præceptum Ecclesiæ: aliter vero contra regulã prescribentem illi ieiunare sextis ferijs. Quia respondet bene Vasquez ead. disput. 98. n. 9. id euenire, qui frangit duplicis virtutis præceptum, autem abstinentiæ, seu temperantiæ, ad quod spectat. Ecclesiasticum ieiunium alterum autem religionis: quia ex voto obedientiæ tenetur regulam obseruare quòd si minimè vouisset, sed regula morè alterius legis ieiunium illud præferberet, vnica esset culpa illius transgressio. Addit autem Enriquez. eo. lib. 5. de penitentia. c. 5. n. 6. vnica culpa reum esse officij diuini omisso, ad quod ratione ordinis sacri, ac simul beneficij attingitur. Et Emmanuel Sa in summa, verb. confessio. §. quidam putant, vnica esse malitiam si coniugatus cum coniugata peccet; & satis esse fateri dicendo se adulterium admisisse. Ducitur vterque ob doctrinam traditam. Quia sola est præceptorum circa eandem materiam multiplicatio. Sed neutrum admitto, credoque in vtroque casu fatendam esse circumstantiam duplicis obligationis, in illo ordinis, & beneficij, in hoc autem status matrimonij virtutis. Quia in illo est duplex obligatio ad diuersas virtutes pertinens, altera ratione ordinis spectans ad religionis virtutem, altera iustitiæ, ratione beneficij, confert enim Ecclesiæ beneficij redditus eo onere, vt illud possides recitet, & aliàs eos non faciat suos. In posteriori autem casu, licet vtrique malitia aduersetur vni virtuti iustitiæ, at est duplex iniustitia respectu vtriusque coniugis peccantium: ac proinde in vtroque est duplex malitia diuersa confi-

tenda: in priori, diuersa speciem, in posteriori diuersa numero, vt cum quis duos eodẽ ictu percudit. Atq; ita in hoc posteriori casu docent Nauar. summa Hispana c. 28. addit. ad num. 3. c. 6. Latina. c. 6. n. 4. post. 4. corollarium. Manuel. 1. tom. sum. 2. editione. c. 53. nu. 5. Petrus de Ledesma summa sacram. tract. de penitentia. c. 19. fol. 629. §. A esta duda se responde. Vasquez. d. disput. 98. num. 9. Ludouic. Lopez. 1. p. instruct. c. 35. §. ceterum quia multa.

Secundò supponendum est, an per concubitum coniugalem extra casum necessitatis in Ecclesiã habitum ipsa polluat, reconciliationeque indigeat? Negant quidã. Quia: significatiui, de adulter. & c. si mortuus de consecr. d. 1. quod est Iginii Pontificis, solius copule adulterij violati Ecclesiam sit mentio: & quamuis alij textus generaliter de seminis effusione loquantur, possunt de illicita explicari. Cuius restrictione dicitur. Quia ratione questionis hæc in decimam reliquit, dicens, Pontifices esse consulendum. Hostiens. c. finali. nu. 3. ver. quid ergo, si vxori, de consecr. Eccl. eandem tetigere, nec deciderunt Ioannes Andre. vnico. n. 3. & 4. de consecr. Eccl. io. 6. & ibi Anchar. num. 2. ver. circa effusionem. Sed hanc partem tueritur Gl. c. Ecclesijs, verb. semine, de consecr. d. 1. vbi Hugo, Laurentius, & Gandulphus, Archid. c. vnico. n. 2. de consecr. Eccl. in. 6. & d. c. Ecclesijs, in fine. Henricus. c. finali. n. 3. de consecr. Eccl. Rosella consecratio. 1. nu. 9. Gerion. 2. p. in compendio Theologiae, tractat. de sacramento coniugij, alphabeto. 27. litera. P. Et hanc dicit fortè esse veram Sotus. 4. d. 1. q. 2. artic. 3. ver. ait quartò. Et hanc videtur amplecti lex finalis tit. 10. p. 1. ait enim violari Ecclesiam per adulterium, aut fornicationem. Ceterum omnino tenendum est violari. Quia. c. finale, de consecr. Eccl. & c. Ecclesijs, de consecr. d. 1. & c. Ecclesijs. d. 68. quæ duo capita sunt desumpta ex Concilio Niceno, dicunt enim generaliter Ecclesiam pollui sanguinis, aut seminis effusione, & vbius non distinguit, nec nos distinguere debemus. I. de precio. ff. de publiciana. Prætereã, quia eodem modo loquitur de sanguinis, & seminis effusione, at illa quæuis iusta sit, si fiat cum loci sacri irreuerentia, & iudicis ministerio, polluit locum sacrum: ergo & hæc quantus alius licita esset, polluet. Nec obstant textus pro priori

sententia relati, quia nō decernit ob solū adulterij violari Ecclesiam, sed loquitur in illo casu specialit̄ aliās probat̄ per simplicē fornicationē minime pollui. Et ideo hanc sententiam teneat ex Iuris per. gl. c. vnic. verb. seminis, de consec. Eccles. in. 6. vbi Dominicus. n. 10. Francus. n. 7. gloss. c. Ecclesijs, verb. semine, 68. d. idem Dominicus. c. quoniam, ad fin. vers. glossa istud est. 3. d. Specul. rationali diuini officiorum, lib. 1. c. 6. n. 3. 9. Selua beneficiorū. i. p. q. 5. requisito. 7. n. 136. & 139. Ang. verb. consecratio Ecclesie. n. 6. fin. & verb. de bitū. n. 3. Syl. conse. 2. q. 5. casu. 3. & verb. de bitū. n. 5. q. 3. Tabien. consec. 2. q. 7. n. 81. & matrim. 3. q. 9. n. 10. Armil. verb. conse. Ecclesie. n. 6. & verb. debitum. n. 6. Bernardus Diaz practica canonica, in noua editio ne. c. 39. n. 2. & ibi Salzedo in addit. litera B. verb. contumet. Nau. sum. c. 16. nu. 31. & c. 27. n. 257. Couar. 4. decret. 2. p. c. 7. §. 2. n. 3. Gregor. Lopez. l. fin. verb. fornicatio tit. 10. par. 1. Lelius de Zanchis de priuilegijs Ecclesie, priuilegio. 5. n. 6. Anto. Cucus lib. 5. in lit. maior. tit. 11. nu. 12. Perez lib. 5. ordin. tit. 1. l. 1. §. quari potest vtrū copula. Matieg. lib. 5. recop. tit. 1. rubr. gl. 1. nu. 99. Vgol. de matric. 10. nu. 2. & ex Theologis, Ricard. 4. d. 32. art. 1. Pal. 4. d. 18. q. 8. ar. 4. in 20. & d. 3. 1. q. 3. art. 2. nu. 14. Supplementum Gabriel. 4. d. 32. q. vnic. ar. 2. concl. 1. vbi Sot. q. vnic. ar. 3. concl. 3. Ouanus ibi. q. vnic. post. 2. propositione. Abul. c. 5. Matt. q. 237. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 2. & tit. 11. c. 6. §. 4. casu. 2. Adrianus. 4. q. 14. de matrimonio. §. pro huius succineta. Cai. summa, verb. matrimonium. cap. vltim. vers. 6. caput. Victoria summa, de Eucharistia. n. 99. & de matrim. nu. 279. Castro lib. 1. de lege penali. c. 7. document. 2. Ledesma. p. 4. q. 24. ar. 3. dub. 7. casu. 2. & 2. p. 4. q. 66. art. 1. §. vltimo. & q. 26. ar. 2. ad finem. pauld ante. tit. de casibus reseruat. Nider sum. præcepto. 6. c. 4. vers. sextus non tenetur. Suarez. 3. p. q. 83. ar. 3. disp. 81. sectio. 4. §. 3. violatur. Angles florib. 1. p. de matrim. q. 6. de soluendo debito, fin. Enriq. lib. 9. de missa. c. 27. n. 4. Petrus de Ledes. de matric. q. 64. art. 7. concl. 1. & summa sacramentorum, tract. de Eucharistia. c. 20. Bartholom. à Ledesma dub. 40. de Eucharistia, post. 13. conclu. 5. sed dubium est. Ludouicus Lopez. 1. p. instruat. c. 82. §. at verò de redditione, & 2. p. c. 79. de Eucharistia. §. præterea series. Manuel. 1. tomo. summa. 2. edition. c. 114.

nu. 11. conclus. 10. & c. 243. n. 19. Capua. p. r. decisionum, lib. 2. cap. 48. n. 16. Viuald. candelabro sacram. p. 1. de matrim. vbi de debito coniugali. n. 262. & 2. p. de interd. & o. n. 72. Vega. 1. tomo summa. 2. edition. c. 78. casu. 1. Cañedo summa sacramentorum, tra. & de matrim. c. 8. n. 75.

Hinc deducitur extra casum necessitatis (de quo statim disputabimus) culpa esse, & sacrilegiū, vti matrimonio in loco sacro, tam petendo debitū, quā reddendo. Quia cū ea copula violet locū sacrum, impediatur in eo diuina celebrari, donec reconcilietur, directè sanctitati loci opponitur, ac proinde sacrilegia est. Quod si querās, cur petenti sacrilegè aduersus eam sitis votū, teneatur alter coniux reddere, petenti autē in loco sacro: nō solū non teneatur, sed sacrilegus sit reddendo? Cū vtrobiq; ex parte petentis sit sacrilegiū. Respondeo ex traditis hoc lib. d. sp. 6. n. 71. & 16. discrimen esse, quia votum est circumstantia tenens se ex parte solius petentis, nec afficit ipsum actum, ac proinde solum ipsius petitionem vitiat: at loci sacri circumstantia tenet se ex parte ipsius actus, & æquè se habet ad petitionem, & redditionem, vtraque enim violat illum, ac proinde vtrāq; vitiat. Ita docent Ricardus. 4. d. 32. art. 3. q. 1. vbi Supplementum Gabrielis quest. vnic. concl. 11. in 2. articulo. Dominicus. c. vnic. nu. 10. de consec. Ecclesie in 6. Tiraquel. 1. §. connubiali. nu. 106. qui numeris sequentibus pleraque supplicia refert per Principes ethnicos constituta in eos, qui in templis coibant. Rosell. verb. debitum. n. 7. vbi Armilla. n. 6. Astens. sum. 2. p. lib. 8. tit. 10. ar. 4. q. 2. Adrian. 4. quest. 14. de matrim. §. pro huius succineta. Petrus de Ledesma de matrim. q. 64. art. 7. concl. 1. at hi doctores non exprimunt, sit mortale, nec ne: solus Petrus de Ledesma dixit esse mortale petere, & non licere reddere. Sed alij, & merito, expresserunt vtrūq; esse mortale. Quia est grauis, & sacrilegia iniuria loci sacri, nec ob re veniale par erat interdici in eo diuina officia. Sic Monald. sum. tra. de matrimonio, tit. de effectu matrimonij, vers. item est alius effectus, in fin. Henric. c. 2. n. 6. de coniug. leprof. Ang. verb. debitū. n. 3. Sotus. 4. d. 32. q. vni. ar. 3. concl. 3. vbi Ouan. q. vnic. post. 2. propositione. Petr. de Sot. lect. 16. de matric. sine. Ledes. 2. p. 4. q. 66. ar. 1. §. vltimo. Antonius Cucus lib. 5. in lit. maior. tit. 11. n. 121. Enriquez lib. 11. de matrim. c. 16. num. 4.

Suarez. 3. p. q. 83. ar. 3. disp. 81. sectio. 4. §. violatur, ad fin. Margarita confessorum. 6. præcepto, fol. 86. Ludou. Lopez. 1. p. instruat. c. 82. §. at verò de redditione. Manuel. 1. tomo. summa. 2. edition. c. 243. nu. 19. Eadem sententia accedunt alij, absolūtè, & indistinctè docentes casum coniugalem in Ecclesia, extra casum necessitatis esse lethalem. Hi sunt Alenlis. 2. p. q. 166. membro. 2. ad. 1. ex argumentis, quæ posteriori loco proponit. Syl. verb. debitum. q. 3. n. 5. Nauar. summa. c. 16. nu. 32. & c. 6. hispand. n. 9. Jarinè. n. 11. Couar. 4. decret. 2. p. c. 7. §. 2. n. 3. Stephan. de Gaeta repper. ad limina. 30. q. 119. 4. nu. 178. Perez lib. 5. ordin. tit. 1. l. 1. §. quari potest vtrū copula. Matieg. lib. 5. recop. tit. 1. rubric. ca. 1. n. 99. Salzedo super practica Bernardi Diaz. c. 39. litera B. verb. non tamen coniuges. Viualdos candelab. 1. p. de matrim. n. 262. Capua. p. 1. decisionum, lib. 2. c. 83. n. 10. Bartholom. à Ledesma de penitentia, dub. 12. in interrogatorijs circa. 6. præceptum. §. similiter interrogatur. Petrus de Ledesma summa sacram. tra. & de Eucharistia. c. 20. De limitatione autē quam aliqui ex his authoribus apponunt, nempe, si copula sit publica, dicam. n. 10. & 11. Hinc inferitur non esse credendū ali quibus assententibus petentem in loco sacro peccare, at alterum teneri reddere, nisi bono modo possit. petentem inducere, vt desistat. Sic docent Gadalphus (vbi refert Gloss. quoniam, verb. opportuno. d. 31. 2. Host. summa tit. de matrimonijs. §. quis sit effectus. n. 22. & c. 2. de coniug. leprof. n. 6 super vers. cui præcepto, vbi Ioan. Ande. n. 3. Anton. nu. 11. Anchar. fin. Gofredus summa, tit. de matrim. contracto. contra interdiciū Ecclesie, in fine. Archid. c. vnic. n. 2. de conse. Eccl. in 6. Abulen. c. 5. Matt. q. 237. Gerfon. 3. p. de reglis moralibus, tra. de matrimonio. alphabeto. 25. litera. E. sine. & hoc indecisiu relinquit Ioan. Ande. vni. n. 3. & 4. de consec. Ecclesie in 6. Alberi. rubr. n. 4. c. de sacros. Ecclesie. Sed oppositum omnino tenendū est, nullos, videlicet, modo teneri alterum coniugem reddere. Quia non petitur debitū in loco opportuno, sicut si in publico exigatur. Quod vltra omnes Doctores relatos dicentes non tantum non teneri, sed etiam peccare reddendo, docent alij assententes nō teneri, subicent tamen an sit culpa reddere. Ita Gloss. quoniam, verb. opportuno. d. 31. & c. penul. in fine. 33. q.

4. & c. ecclesijs, verb. semine. d. 68. Dominicus. d. c. quoniam, ad fin. & ibi Præpos. ad fin. Idem Præpos. c. 2. fin. de coniug. leprof. Alenlis. 2. p. q. 166. membro. 3. in solutione ad 5. Mayron. 4. d. 32. q. vni. Palu. 4. d. 31. q. 3. ar. 2. nu. 14. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 2. Victoria summa, de matrimonio n. 267. sine. Nauar. summa. c. 16. lat. nu. 25. hispand. n. 24. Turre. c. sciatis. 33. q. 4. ar. 5. n. 8. Stephanus de Gaeta. d. §. 4. n. 179. Vi-guerius lib. in lit. c. 16. §. 7. vers. 10.

Potissima autem difficultas est. Num autem coniugalis ita interdicitur sit in loco sacro, vt etiā in casu necessitatis, v. g. quādo coniuges diu sunt intra illum includi, nec patet aditus ad cameram illi adiacentem, illicitus sit, illumq; polluat? Triplicè inuenio sententiam. Prima affirmat, illicitum esse, eoq; Ecclesiam pollui. Dicitur, quia nulla est practica necessitas, nec mirū vt tunc coniuges ob loci reuerentiam teneantur à concubitu abstinere, cum ad id ob diuinitam absentia cogantur. Ita sentiunt Palud. 4. d. 18. q. 8. ar. 4. num. 20. & d. 35. q. 3. ar. 2. nu. 14. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 2. Cai. summa, verb. matrimonium, c. vltimo, vers. 6. caput. Pisanus, verb. debitum n. 7. vbi Supplem. n. 7. Armil. n. 6. Tabiena matrimonium. 3. q. 9. nu. 10. Nau. sum. c. 16. n. 32. Stephanus de Gaeta repet. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. nu. 178. Salzedo super practica Bernardi Diaz. c. 39. litera B. §. non tamen coniuges. Viualdos candelabro. 1. p. de matrim. vbi de debito coniugali. n. 262. Atq; esse tunc culpam veniale reddere, docet Gerfon. 2. p. in compendio Theologiae, tra. de sacramento coniugij, alphabeto. 27. litera. P.

Secunda sententia distinguit, dicens illicitum esse, si occultè exerceatur actus ille coniugalis; secus si sit publicus, ad quod sufficit coniuges publicè in eodem thoro accubare. Dicitur, quia per pollutionem, aut concubitum dum occultà sunt, minime violatur Ecclesia: iuxta verissimam sententiam omnium sententiam, atq; ita cessat irreuerentia, & malitia: cum ea ex pollutione Ecclesie confurgat, vt probauit. 4. Sic tenent Sorus. 4. d. 32. q. vnic. artic. 3. post. 3. concl. vers. hanc autem licet trepidè, dicit enim forsitan non esse mortalem, occultum concubitum. Angles florib. 1. p. de matrimonio. q. 6. de soluendo debito, sine. Manuel. 1. tomo summa. 2. edition. c. 243. nu. 19. Vega tomo. 1. summa, lib. 1. c. 78. casu 1. in 2. editione. Ludouicus Lopez. 1. p. par.

instruēt. c. 33. §. inter varias, & c. 82. §. at  
verò de redditione. Casus summa sacra-  
mentorum, tractat. de matrimonio. c. 8.  
n. 75. hi omnes dicunt non esse mortalem  
talem concubitu occultum: at non expli-  
cāt, an omnino culpa vacet: solus Manuel  
dixit posse aliquando esse absque culpa:  
& melius idemmet eo tomo. 1. c. 154. con-  
clus. 10. n. 11. dixit esse licitum. Huius et-  
iam sententiæ videtur Capus. 1. p. de eis.  
lib. 2. c. 83. n. 10. vbi dicit etiam, quando  
diu coniuges sunt obfessi, reconcilianda  
esse Ecclesiam, si copula sit notoria.

11 Ex ratione huius sententiæ aperte col-  
ligitur, fornicationem occulte admissam  
in loco sacro non habere malitiam lethale  
sacrilegij, atque ita loci circumstantia non  
esse necessariam tunc considerandam. Quia  
(vt probauimus num. 4.) tota sacrilegij mor-  
talis deformitas ex loci sacri pollutione  
petenda est, ac cessat pollutio, vbi est for-  
nicatio occulta. Atque ita fatetur esse sa-  
tis probabiliter Valquez. 1. 2. q. 72. ar. 6. dif-  
put. 98. n. 6. Et iuxta hoc non est opus con-  
iuges diu obfessos esse: quod a culpa morta-  
li ex excusata copula inter eos in loco sacro  
habita occulte. Atque ita significat Ludou.  
Lop. 1. p. instr. c. 82. §. at verò de reddi-  
tione, vbi dicit talem copulam non esse mor-  
talem, maxime si coniuges sint diu obfessi.  
Ceterum hoc non approbo. Quia per eum  
concubitu ex natura facti, & per se pol-  
luitur Ecclesia, licet non teneamur abstinere  
a celebratione in ea, dum occultus ma-  
serit: atque ita absque nouo actu, nouaque  
culpa incipit esse polluta, vbi primum de  
præterito concubitu constitit per sa-  
mam, aut coniugum confessionem, iuxta  
c. significasti, de adulter. Quæ ratione eam  
distinctionem reprobant Palud. 4. d. 3. r. q.  
3. ar. 2. n. 14. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 2.  
Adrianus. 4. q. 13. de matrimonio §. pro-  
hibuit succincta; Tabiena matrimonium  
3. q. 9. num. 70. Nauar. dicens sustineri  
non posse limitationem, si copula sit occul-  
ta, sum. Latin. in 2. edit. c. 16. n. 52. vers. 4.

12 Tertia sententiæ (cui adhaereo, tanquam  
probabiliori) dicit nullam esse culpam le-  
thalem coniugalem concubitu intra lo-  
cum sacrum in casu necessitatis exercitū,  
vt si diu coniuges intra locum sacrum ita  
obfessi sint, vt ad alia loca non facta e-  
gressus minimè pareat, quò maritaliter  
copulabuntur, secus si breui tempore. Et ratio  
est, quia priori casu difficillimum est  
continere, & valde probabili in continen-

tia periculo exponerentur coniuges, ad-  
mittendo voluntarias pollutiones, nisi eò  
cubitus eis liceret, quare non est creden-  
dum, Ecclesiam in hoc euentu voluisse ob-  
bligare ad abstinendum; ob quamdam lo-  
ci sacri extrinsecam decentiam: eò vel  
maximè, quod cætera Ecclesiæ præcepta  
in casu magna necessitatis deobligant.  
In posteriori autem casu facili negotio  
possunt abstinere breui illo tempore. Et  
confirmatur, quia licet necessitas eò con-  
di non sit tunc præcisa, & absoluta, ac  
prorsus inuitabilis, at est necessitas mor-  
tali modo, & attentata humana fragilitate  
inuitabilis, quod satis est ad deobligan-  
dum. Præterea, quia qui gratia id pericu-  
lum vitandi coniunguntur in loco sacro,  
illum potius reuerentur, quam iniuriam  
inferant. Et ideo hanc sententiam susti-  
nent Alensis. 2. p. q. 166. membro. 2. ad. 1.  
ex argumentis propositis posteriori loco.  
Alber. Magn. 4. d. 32. ar. 11. ad. 2. vbi Ricard.  
art. 3. q. 1. Scorius ibi. q. vnica. sine. Ma-  
ioris. q. 1. argumento. 2. contra. 3. conclus.  
Supplementum Gabrielis. q. vnica. ar. 2.  
concl. 11. Mayronis. q. vnica. Guillelmus  
Vorrilong. q. vnica. ar. 2. post. 1. conclus.  
casu. 4. Bassolis. q. vnica. art. 3. Nicolaus  
de Orbellis. q. vnica. §. 3. Quandus. q. vnica.  
post. 1. propositionem. Palac. disp. 1.  
fol. 7. r. vers. at verò contra. Henric. c. 2.  
n. 6. de coniug. leprof. Ioannes de Fribur-  
go, summa confessorum lib. 4. tit. 2. q. 43.  
Astensis. 2. p. summa, lib. 8. tit. 10. ar. 4. q.  
2. Rosella consecratio. 1. n. 9. & verb. de-  
bitum. n. 7. vbi Ang. n. 3. & Sylu. q. 3. n. 5.  
& consecratio. 2. q. 5. casu. 3. Castro lib. 1.  
de lege penali. c. 7. document. 2. Monal.  
sum. tra. de mati. tit. de effectu maritali  
vers. est alius effectus, in fin. Turrec. c. scia-  
tis. 3. q. 4. ar. 1. n. 8. Couar. 4. decr. 2. p. c. 7.  
§. 2. n. 3. Ant. Cucilib. 5. instit. maior. tit. 11.  
n. 12. 1. Nider sum. præcepto. 6. c. 4. vers.  
fextus non tenetur: idem vers. idem est.  
Margarit. confesio. præcepto. fol. 86. Aleo-  
zer summa. c. 20. fol. 75. col. 5. los tocami-  
tos hechos. Suarez. 3. p. q. 83. ar. 3. disp. 8.  
sect. 4. §. 3. violatur. Enriquez lib. 9. de  
Missis. c. 27. n. 3. & lib. 11. de matrim. c. 16.  
n. 4. Petrus de Ledesma de matrim. q. 64.  
ar. 7. concl. 1. & summa sacramentorum,  
tra. de Eucharistia. c. 20. diffin. 1. circa  
modum, quo polluitur Ecclesia femine,  
vers. digo lo primero. Barthol. à Ledesma  
dub. 12. de peniten. in interrogatio. cir-  
ca. 6. præceptū. §. si similiter interrogetur. Et

hanc

hanc esse probabile dicunt Victoria sum-  
ma, de matrim. n. 279. & Ledesma. 2. p. 4.  
q. 66. art. 1. in. & forè esse veram asserit  
Ludou. Lopez. 2. p. instr. de Eucharis-  
tia. c. 79. §. præterea series. Eiusdem sen-  
tentia videtur Gregor. Lopez. 1. finali,  
verb. fornicio, tit. 10. p. 1. Perez lib. 5. ord.  
tit. 1. l. 1. §. quæri potest vtrū copula, & Ma-  
tienço lib. 5. recop. tit. 1. rubrica, glos. 1. n.  
99. Ledesma. 1. p. 4. q. 24. art. 3. dub. 7. casu  
2. vbi dicentes pollui Ecclesiam quando  
coniuges in loco sacro commiscetur, ex-  
cipiunt nisi coniuges diu intra Ecclesiam  
obfessi existant: atque ita clarè sentiunt tunc  
non esse culpam mortalem, quod expresse  
docet Matienço. Et habet verum hæc  
sententia, licet concubitus sit publicus.  
Doctores enim prædicti non distinguunt,  
sit occultus, nec ne. Et tenent expresse Pa-  
lacios, Suarez, Petrus de Ledesma illo lo-  
co in tractatu de Eucharistia citato, vbi e-  
tiam vers. digo lo segundo, dicit, & bene,  
cum Suarez loco proxime citato, non  
solum hoc procedere vbi vterque con-  
iux esset ita in Ecclesia obfessus, sed etiã  
vbi alter, postet enim consummare intra  
Ecclesiam altero illuc adeunte. Quia eadè  
est ratio. Sed quia multi ex his Doctori-  
bus solum dicunt non esse tunc accessum,  
lethalem, nec explicant, num loquatur de  
sola debiti redditione, vel etiam de peti-  
tione, id superest amplius declarandum.  
Et quidem Monaldus, & Nider hoc. n. ci-  
tati asserunt reddentem in hac necessita-  
te, immunem esse culpæ, petentem verò  
reum culpæ venialis. Sed immerito, quia si  
necessitas omnem irreuerentiam rationem  
aufert, totam subinde deformitatem, & cul-  
pam euacuat: Atque ideo dicendum est nul-  
lam esse culpam ratione loci sacri, & red-  
dere, & petere, & ita docent Ricard. Sup-  
plementum Gabrielis, Maioris, Astensis,  
Guillelmus Vorrilong. Turrec. Castro,  
Quandus, Ang. Rosella, Enriquez, Petrus  
à Ledesma, Bartholomæus à Ledesma, Pa-  
lacios hoc. n. relati, & idè dicunt loquen-  
tes de accessu indistinctè, Mayronis, Bas-  
solis, Nicolaus de Orbellis, Alcozer hæc al-  
legati, & clarè sentit Syl. locis citatis, di-  
cit enim cessare in hoc casu irreuerentiam.  
Sed adhuc quæres, quod tempus dicatur ló-  
gū, & quod breue? Suarez loco proxime  
citato, & Petrus de Ledesma summa sacra-  
ment. c. 20. de euchar. fol. 264. vers. digo  
lo segundo, dicit breue tempus esse, si vna,  
vel alia die intra ecclesiam coniuges ma-

muid

neat. Sed nõ credo intentionis eorū esse, vt  
existiment quinq; aut sex dies reputari ló-  
gum tempus. Quia non est ita difficile sex  
diebus continere. Quare attentata commu-  
ni hominum fragilitate, vnum mensem  
existimarem longum tempus. Vix tamen  
credo fore vt casus is eueniat. Quia sem-  
per sunt in Ecclesijs Cubicula adhaeren-  
tia, & Turris, quæ nomine loci sacri mini-  
mè includi, quò ad actum coniugalem ex-  
ercendū confugi possint, statim dicemus.

Sed adhuc non modicus scrupulus su-  
perest, nõ in ea necessitate solū liceat copu-  
la coniugalis in Ecclesia ad vitandū in-  
continentiæ periculū in alterutro ex eorū  
gibus; Nã Sylu. Ouandus & Margarita cõ-  
fessorum, quos. n. præcedenti retuli, di-  
cunt esse mortalem, copulam in eo euen-  
tu habitam quocunq; sine, nisi ad vitandū  
in alterutro coniuge incontinentiæ pericu-  
lū, quanvis tunc in ipso actu enim volup-  
tas non principaliter intentata. Et eiusdem  
sententiæ videtur Victoria, Castro, Enri-  
quez. n. præcedenti etiam allegati, & Lu-  
dou. Lopez. 2. p. instr. de Eucharist. c.  
79. §. præterea series, dicunt enim licitam  
esse copulam in Ecclesia, quando coniuges  
diu obfessi, & de illicita seminis effu-  
sione sibi ipsis timètes coiret, & hoc di-  
cit esse tutius Ledesma. 2. p. 4. q. 66. art. 1.  
in. Et videtur fauere Ricard. Supplementū  
Gabrielis, Rosella, Astensis, Turrec. cita-  
tū. præcedenti, dum probant licere tale  
copulam, ea ratione, ne laqueus ani-  
mabus iniiciatur. Potestque probari, quia  
nulla alia necessitas potest virgere ad cum  
concubitu habendum. Sed meo iu-  
dicio hi vltimi Doctores non sunt eius  
sententiæ, nam satis periculo sum reus tē-  
deretur, si esset mortalis copula non ob  
eum finem habita, & grauissimis scrupulis  
virgerentur coniuges, maximoque periculo  
peccatū lethalius expositi essent, si sem-  
per discutendū ab eis esset, nõ eū accede-  
re volunt, incontinentiæ periculū parā-  
tur. Quare Maioris, & Palacios, num. præ-  
cedenti allegati, in eo casu diuturnæ obsi-  
dionis, meritò, & iure optimo excusant  
copulam à loci sacri irreuerentia sacrile-  
ga, in omnibus casibus, in quibus extra Ec-  
clesiam vacaret culpa lethali. Quod Ledes-  
ma proxime citatus fatetur esse probabi-  
le. Quod etiã sentit Bartholomæus à Le-  
desma dub. 12. de penitentia, vbi de in-  
terrogationibus circa. 6. præceptū. §. si mi-  
lites interroget, vbi absolute dicit licere

Dddd tunc

tunc copulam: & addit maxime hoc habere verum, ubi alter cōiug redderet, aut peteret ad vitandam in se, vel in altero incōtinentiam. Vnde quamvis necessitas vrgens ad permitteudam in hoc casu copulam, sit in continentie periculum, non tamen admitto esse necessariū ad eum sine referri, vt à culpa mortali excusetur, nec credo esse necessarium vt id ad sit periculum, sed satis est vt in ea diuturna obfidione, attenda humana fragilitate, & morali modo loquendo, ad sit cōmuniter id periculum, quamvis desit in aliquibus particulis coniugibus, aut euentibus. Quia lex ad ea, quæ frequenter accidunt, attendit. Nam ad ea, ff. de legibus. Et huius sententia videtur esse Alcozer, & Suarez. n. præcedenti citati, & Petrus de Ledesma. sacram. c. 20. de Eucharistia, ubi de modo, quo Ecclesia femine polluit, verbi dicit lo primo, ubi dicunt, ideo crimen esse copulam, dū breuem morā sunt tracturi coniuges intra Ecclesiam, non autē quando longā. Quia in priori casu, facillē, in posteriori verō, difficile continere possunt, atque ita non considerant actuale periculum, & præsentaneum, sed morale & frequenter accidens attenda humana fragilitate. Eiusdemque sententia sunt cæteri Authores, numer. præcedenti allegati, demptis paucis, quos hic refero, cum absolute doceant tempore illius longæ obfidionis licitam esse copulam. Imò addo, quādo constat fore vt ea obfidio diu perseueret, posse statim coniuges coire in Ecclesia. Quia iā adest vrgens causa, & necessitas prædicta, nec cogendi sunt expectare donec aliquod tēpus elaboratur: cū non sit maior, ratio de vno tempore, quā de alio: alius ubi postea se commiserent, tenebantur expectare moram aliquam temporis, vt iterum copula vterentur. Quia breui tempore post copulam, facile est abstinere: ac proinde nimis scrupulosi, ac offencicula obijcere coniugibus, id esset, potius quā illorum fragilitati consulere. Idque videtur sentire Alcozer. n. præcedenti allegatus, dicit enim quando coniuges diu debent esse intra Ecclesiam obfidi, licere illis vsum matrimonij.

Tandem inferitur in eo casu, in quo licitā esse copulam in loco sacro diximus, minime pollui, nec recōciliatione indigere: cessat enim irreuerētia. Atque ita docet Maior, Ouandus, Rosella, Sylu. Castro, Coar. Greg. Lopez, Anton. Cucus, Ledesma.

Ludo. Lopez, Perez, Salzedo, Henriquez, Petrus de Ledesma, Bartholomæus à Ledesma, Matienço, Margarita confessorum quos. n. 12. retuli. Quamvis Ang. verb. debitum. n. 35. dicat pollui Ecclesiam, quāuis fateatur tunc esse licitam copulam.

## S V M M A R I V M.

**A**n cogitationes, desideria, confabulationes, nutus, aspectus, tactus inhonesti, in loco sacro, siue inter coniuges, siue inter solutos, sint sacrilegi? Refertur triplex sententia. n. 15. 16. & 17.

Sententia authoris circa cogitationes, & desideria. n. 18. & 19.

Circa aspectus, & verba. n. 20.

Circa tactus. n. 21. ubi quando circumstantia loci constituit sacrilegium.

Soluuntur argumenta, nu. 22. Post quem inueniuntur summaria alia.

**Q**uestio secunda. An non tantū concubitus coniugum extra ca sum dicitur necessitatis, sit sacrilegus in loco sacro, sed etiā cogitationes, desideria, aspectus, confabulationes, nutus, & tactus inhonesti, inter ipsos, aut inter solutos, sint sacrilegi, & proinde sit constituta loci circumstantia? Sylu. confessio. 1. q. 10. num. 11. statim in principio, in ea est sententia, vt desideria, cogitationesque turpia in Ecclesia habitata, sint sacrilega, & necessario explicanda sit loci sacri circumstantia. Ducitur, quia hæc eandem malitiam habent, quam concubitus ipse.

Alij voro id fatentur de confabulationibus, nutibus, & tactibus libidinosis: de cogitationibus autē & desiderijs non meminere. Quia negari minime potest esse grauem irruentiam loco sacro illatam. Sic Corduba summa. q. 190.

Demum alij id negant de aspectibus, & confabulationibus, & cogitationibus, desiderijsque, non tamen consummandi intra Ecclesiam: fatentur autem de tactibus, præsertim si sint in partibus inhonestis. Sic tradunt Ludouicus Lopez. 1. p. instruct. c. 33. 1. §. cæterum quia de copula, & agens de tactibus in locis secretis, & verendis, Manuel. 1. tomo summa. 2. editione cap. 207. num. 1. Quia tactus eiusdem malitiæ sunt cum copula.

Hic tamen non obstantibus sit conclusio. Si in Ecclesia existens desideret cōcu-

bitum

bitū coniugalem, aut fornicariū, exerecda tamen extra ecclesiam, nullius sacrilegij reus est, nec illa loci circumstantia est necessariō confitenda. Probatur, quia quod repugnat loci consecrationi, ipsūque polluit, est feminis esse: vt cōstat ex dictis nu. 7. sed hæc nō est exercenda in ecclesia: ergo nulla est circumstantia ex parte loci. Et confirmatur, quia tota ratio huius sacrilegij est, ed quōd locus sacer violetur, vt probauit. n. 4. quod non inuenitur in solo desiderio extra ecclesiam consummandi actum. Secundū, quia actus internus, & externus tunc sunt eiusdem speciei, quam tendunt in idem obiectū cum eisdem circumstantijs: vt si quis coniugatam feminam concupiscat sub expressa conditione si soluta esset, non est adulter, quamuis actus externus copulæ cū illa, adulterinus esset. Quia actus internus non fertur in externum sub eadem circumstantia, sed concubitus in ecclesia, & desiderium illius exerecendi extra eam, non feruntur in obiectum sub eadem circumstantia: ergo actus ille internus non est particeps malitiæ sacrilegij, quæ in externo reperitur. Et confirmatur, quia si extra ecclesiam optaret quisquā cōcubitus intra illam, sacrilegus esset, ed quod copula voluta, est exercenda intra ecclesiam: non ergo attenditur locus desiderij, sed locus ubi actus ipse consummandus est. Tandē hæc conclusio constat ex ratione, quam. n. 21. afferā. Et illa non sustinent Canus relect. de penitentia. 2. §. ubi de circumstantijs constitendis. §. multa hic de peccatorum circumstantijs, Nauar. c. consideret, in principio. nu. 21. de penitentia. d. 5. & summa. c. 6. hispanicē. n. 10. latinē nu. 12. Vival. candela. sacramentorum. 1. p. de confessione. nu. 46. Petrus de Ledesma summa sacramentorū, de penitentia. c. 19. circa loci circumstantiam. §. acerca desta conclusion. Ludouicus Lopez, & Manuel. n. præcedenti allegati. Alcozer summa. c. 20. fol. 74. col. 2.

19 Ex his infero primō, concupiscentem in ecclesia feminam, quā videt, aut cuius meminit, nisi expressē appetat in ecclesia ipsa suam voluntatē exequi, sacrilegū minime esse. Quia licet id desiderium in loco sacro conceptum sit, at non est cōsummandi in eo: quod ad sacrilegij deformitatem desideratur. Ita Nauar. c. consideret, in principio. n. 21. vers. 4. infero.

20 Secundū infero, aspectus, nutus, verba inhonesti in ecclesia, non esse sacrilega,

nec loci circumstantiam necessariō fatendam esse. Quod apertē probant rationes allatæ. n. 18. & docent Canus, Manuel, Alcozer, Ludouicus Lopez, Petrus de Ledesma ibi citati. Sed limitat Petrus de Ledesma, nisi verba inhonesti altiori voce proferrentur: tūc enim ait esse sacrilegū necessariō confitendū. Quia sanctitati loci repugnant. Sed id minime credo: ob ea que dixi. n. 18. & dicam. n. sequenti: sed potest esse peccatum aliud scandalum.

Tertiō infero, tactus quantūcūque turpes in loco sacro absque pollutionis periculo (in hoc enim euentu semper loquimur, & accipienda sunt omnia dicta) non habere circumstantiā sacrilegij apertendā necessariō in confessione. Probatur rationibus adductis. n. 8. Itē quia tunc loci circumstantia sacrilegij constituit, & in confessione detegenda est, quādo actus in eo admissus directē aduersatur sanctitati, aut immunitati loci, id est, illis ad quæ locus sanctificatus est: vt sibi posse diuina celebrari, aut mortuos sepeliri, impedit, vel auferat immunitatem illuc confugiētis, aut securitatem rerum ibi in custodia depositarum. Vt optimē docent Caie. opusculis. tomo. 1. tractatu. 17. responsum, qui est trigefimus primus, respon. 12. dub. 2. Nauar. c. consideret. in principio. n. 20. de penit. d. 5. sed illis tactibus non violatur ecclesia, nec est violationis periculum, cum cesser pollutionis periculum, & proinde non impediuntur officia diuina, aut mortuorum sepultura: non ergo sacrilegi erunt, nec loci circumstantia erit necessariō fatenda. Et ita docet Alcozer summa. c. 20. fol. 74. col. 2. §. los tocamientos.

22 Ad argumentum contrarium. n. 15. propositum constat ex dictis. n. 18. cum enim actus internus non feratur in obiectum eū eadem circumstantia actus externi, nō est eiusdem speciei. Ad propositum. n. 16. dicit aliquam irreuerentiam esse, at non excedere limites culpæ venialis. Quia nō violatur locus sacer. Sicut de alijs peccatis grauius in loco sacro admisis, fatetur Sylu. confessio. 1. q. 10. Ad aliud propositū num. 17. dicit esse verum, quādo ordinantur ad concubitus cum eadem circumstantia, & est eadem ratio in tactibus, & in copula. Quod vtrumque hic desideratur. Quia nec tactus tendunt ad copulam intra ecclesiam, nec illam violant in tactibus.

SVMMARIVM.

**Q**uid, nomine loci sacri comprehendatur? num omnis locus gaudens immunitate Ecclesiastica? nu. 23.

Comprehenditur locus Sacer, aut benedictus ab Episcopo, ad divina deputatus. nu. 24.

Quale Ecclesie spatium comprehendatur. nu. 25.

Quid, de loco suprascriptum: & de parietibus Ecclesie? nu. 26.

Quid, de locis sub Ecclesia constitutis: & de sepulchro concauo ibi sit? nu. 27.

Quid, de ianna Ecclesie? nu. 28.

Quid, de cameris adhaerentibus Ecclesie? num. 29. Et quid, de turribus. 30.

Quid, de sacristia? nu. 31.

Quid, de proxymis intra Ecclesiam constitutis? vulgo cornias, & andenes. nu. 32.

Quid, de choro: & loco organorum? nu. 33.

Quid, de locis deputatis ad seminarum confessiones excipiendas? nu. 34.

Quid, de cameris instar odai vulgo tribunas? num. 35.

Quid de Ecclesia iam benedicta, captaq; constructa, in qua nondam celebratum est? nu. 36.

Quid, de Ecclesia destructa, & an gaudeat immunitate Ecclesiastica? nu. 37.

Quid, si laxetur Ecclesia, capella aliqua ipsi addita, aut alia parte, nec illa benedicatur? num. 38.

Quid de oratorijs priuatis, Ecclesie heremitariorum, aut xenodochiorum? nu. 39. & ibi, quando presumantur, aut horitate Episcopi erecta.

Quid, de came: erio? nu. 40. Quid, de claustris religiosorum? nu. 41.

Quid, de alijs habitaculis, & officinis monasterij? nu. 42.

Quid, de loco profano, in quo aliquis fidelis est sepultus? nu. 43.

**Q**uestio tertia. Quid nomine loci sacri contineatur, quod coniugali copula violetur, illamq; sacrilega reddat extra casum necessitatis? Et quidem certum est apud omnes, locum sacrum ad hunc effectum non ita late accipi, sicut ad gaudendum Ecclesie immunitate. Quonia omnia Ecclesie, monasteriorum, xenodochij habitacula, est certum gaudere immunitate Ecclesie: cum tamen (vt dicemus) copula in illis non sit sacrilega, nec ad hunc effectum nomine Ecclesie includantur.

Primo ergo nomine Ecclesie quoad hunc effectum intelligitur sola Ecclesia co-

secrata, aut benedicta. Quia ante hanc consecrationem, aut benedictionem non est locus sacer. Sic Sorus. 4. d. 32. q. vnic, ar. 3. concl. 3. Nauar. summa. c. 16. n. 32. Angles Floribus. 1. p. de matrimo. q. 6. de soluendo debito, in fin. Henriquez lib. 9. de missa. c. 17. n. 5. & lib. 5. de penitentia. c. 6. n. 9. in commento, litera H. vbi bene addit desiderari vltra hoc vt locus ille sit deputatus ad officia diuina, aut fidelium sepulchuras. Emmanuel Sa summa, verb. Ecclesie. §. polluitur Ecclesia. Grassis. 1. p. decisio. num. lib. 1. c. 20. n. 28. & lib. 2. c. 83. nu. 10. Manuel. 1. tomo summa. 2. editione. c. 154. n. 13. fin. & c. 243. n. 19.

Id autem spatium dicitur esse intra Ecclesiam, quod pertinet ad interior Ecclesie corpus, a tecto interiori vsq; ad pavementum, & a summa ara vsq; ad parietem oppositum. Quare Capelle constituta intra Ecclesiam, comprehendantur, vt bene ait Vega tomo. 2. summa. cap. 94. casu. 5. Quia vnus corpus cum ipsa efficiunt.

Hinc fit non violari Ecclesiam, nec esse sacrilegium, si copula habeatur supra Ecclesiam tectum: vel ibi interficiatur homo. Quia iam locus ille est extra Ecclesiam. Atq; ita docent glossa, vico, de consec. Eccl. in 6. verb. sanguinis, vbi Ioan. And. n. 2. Dominicus. n. 8. Anchar. n. 2. vers. tigit gloss. Francus. n. 6. fin. Archid. c. ecclesijs. n. 2. de consec. d. 1. Henric. c. final. n. 4. de consec. eccl. Rosel. consecratio. 1. n. 7. Ang. verb. consecratio ecclesie. n. 5. Syl. consecratio. 2. q. 5. casu. 1. Tabien. conse. 2. q. 5. §. 6. Nau. summa. c. 27. nu. 256. Ledes. 2. p. 4. q. 26. ar. 1. ad finem, pauldante tit. de casibus seruatis. Suarez. 3. p. q. 83. artic. 3. disp. 81. sect. 4. pauld post principium. Grassis. p. 1. decisionum, lib. 2. c. 48. nu. 24. Vega. 2. tomo. summa. c. 94. casu. 5. Ludou. Lop. 2. p. instruct. de Eucharistia. c. 79. §. prae rea feriet. Etman. Sa summa, verb. ecclesie. §. polluitur ecclesia. Man. 1. tom. summa. 2. editione. c. 154. n. 10. c. 151. §. c. 6. vbi caute intelligendos est. du aut non violari Ecclesiam suspensio homine ex ipsius tecto: si suspendatur supra ipsum a parte exteriori, si enim a parte interiori suspenderetur, manifestum est id intra ecclesiam fieri: atq; ideo ipsam violari. Quae omnia ego intelligerem, nisi quod est supra Ecclesiam tectum, sit capella eiusdem Ecclesie, ad quam parer aditus per ipsam Ecclesiam: Quia talis non est diuisa ab Ecclesia, sed reputatur vnus Ecclesie cor-

pus,

pus, deputaturq; similiter ad cultum diuini, vt in simili, nu. sequenti dicemus de sepulchra concaua. Similiter si extra parietes Ecclesie haberetur copula: vel ex ipsius parietibus a parte exteriori suspenderetur homo, minime violaretur: nec sacrilegium esset. Quia extra Ecclesiam sit. Suarez ibi. Manuel eo. c. 154. concl. 6. num. 7. Quod intellige, nisi sit illa pars exterior parietum, cœmeterium, tunc enim violaretur ipsum, & sacrilegium esset, iuxta ea quae dicemus. n. 40.

Secundò deducitur, nec reputari locum sacrum quoad hunc effectum, locum sub Ecclesia constructum: vt si ibi sit cella, cauerna, aut spelunca. Quia ille locus extra Ecclesiam est. Ita docent Ioan. Andr. Anchar. Dominicus, Francus, Sylu. Tabiena, Armilla, Nau. Ledesma. Suarez. 5. 3. violatur. Ludouicus Lopez, Grassis, Vega, Emmanuel Sa nu. praecedenti allegati. Manuel 1. tomo summa. 2. editione. c. 153. num. 10. concl. 9. Quod (vt in simili dixi num. praecedenti) intelligi similiter, nisi in cauernis Ecclesie sit fornix, quem sepulchra cauam appellant. Quia ille pars Ecclesie reputatur, deputaturq; est ad fidelium sepulchras, sicut Ecclesie solum.

Tertio deducitur, quid dicendum sit, si copula habeatur, aut homo interficiatur in Ecclesia porta. Si enim contingat intra limen, clausuramq; Ecclesie, id est, intra limen quod attingunt Valuae in liminibus, erit sacrilegium. Quia intra Ecclesiam fieri dicitur. Sicut si extra limen, clausuramq; Ecclesie. Id enim extra Ecclesiam factum censetur. Sic Dominicus. c. vnico. num. 6. de consec. eccl. in 6. Immola, quem refert. & sequitur Sylu. verb. cœmeterium q. 3. Ang. verb. consecratio cœmeterij. n. 3. Tabiena verb. consecratio. 4. q. 2. Arm. verb. cœmeterium. nu. 4. Manuel. 1. tomo summa. 2. editione. c. 154. nu. 13. Quibus addo, si illud extra limen Ecclesie pertinet ad cœmeterium, illud pollui, esseq; sacrilegium, vt in simili dixi. n. 26.

Quarto deducitur non comprehendit nomine Ecclesie Cameras Ecclesie adhaerentes. Quia illae minime constituunt vnus corpus cum Ecclesia, nec cultui diuino deputantur. Ita docent Sorus. 4. d. 33. q. vnic, ar. 3. concl. 3. Nauar. summa Latina. c. 16. nu. 32. vers. 4. Angles Floribus. 1. p. de matrim. q. 6. de soluendo debito, in fine. Suarez. 3. p. q. 83. ar. 3. disp. 81. sectio. 4. §. 3. violatur. Ludou. Lopez. 1. p. instru. c. 82.

§. ar vero de redditione. Manuel. 1. tomo summa. 2. editio. c. 154. n. 10. concl. 9. & c. 243. n. 19. Grassis. 1. p. decisio num. lib. 2. c. 83. num. 10. Vega lib. 1. summa. c. 78. casu 1. Caenedo summa sacramento. tract. de matrim. c. 8. n. 75.

Quintò deducitur nec turrim vbi cymbala Ecclesie collocantur, esse locum sacrum. Constat eadem ratione, qua de cameris Ecclesie id dixi, nu. praecedenti. Et docent Sorus, Nauar. Angles, Suarez, Caenedo, Ludou. Lopez, Grassis, Vega, Caenedo ibidem citati. Enriquez lib. 5. de penit. c. 6. n. 5. in commento, litera H.

Sextò deducitur, quid dicendum sit de sacristia. Videtur enim ea non censeri esse extra Ecclesiam: cum sit omnino illi cōiuncta instar capellarum. Atq; ita censent aliqui Neoterici. Sed contrarium mihi persuadeco. Quia capelle sunt partes Ecclesie, vnumq; corpus cum illa efficiunt, ad idem munus destinatae, nempe, ad officia diuina peragenda, si fidelisq; sepeliendos. At sacristia est quasi aliae camerae ecclesie adhaerentes, nec ad idem munus deputatur, sed ad vestitus sacrarum custodiam. Et constabit magis ex dicendis. num. 34. vbi pariete intermedio res diuidi probabimus.

Septimò deducitur, in claudi nomine ecclesie propylaea circumdantia intrinsece per templi summitatem, ad puluerem tecto exentiendū. Vulgo, las cornijas, o andenes que ay en las paredes de la Yglesia por de dentro, para faudir el poluo de ellas. Quia sunt intra ipsum Ecclesie corpus, vt constat.

Octauò deducitur, Quid dicendum sit de choro. Constat enim illum esse partē ecclesie, sub eaq; comprehendit, vbi chorus est in loco quodā ecclesie scabellis folijs distincto, ac intercluso, vt solet esse in parochijs aliquibus. Quia tūc verò est pars ecclesie, & in ipsius solo, nec sunt intermedij parietes qui quasi camera distincta efficiat. At vbi est in loco quodā edito, & à terra prominenti: vt in monasterijs solet esse: non ita videtur constare. Quia solum est distinctum, & videtur pars diuisa ab ecclesia. Ceterū adhuc credo comprehendit: Quia intra ipsummet Ecclesie ambitū eiusdem parietibus interclusus continetur, ad eadēq; officia diuina destinat. Atq; huius sententię videtur. D. Anto. 2. p. tit. 1. c. 21. §. 1. circa mediū, vbi in distincta chorū nomine ecclesie cōprehendi docet. Atq; idē cōseo de loco organorū constituto in-

Dodd 3 qua-

quadam chori parte. Eadē ratione: sonus enim organorum est cantus, & quaedam cultus diuini pars.

34 Nonō deducitur, quid dicendum sit de cellulis ad excipiendas mulierum confessiones deputatis, intra Ecclesiā parietis concavū cōstitutis, parte in qua mulieres fatētur, tenui quodā pariete ex lateribus ducto, fenestellaq; cratibus obiectis clausa, diuisa ab ea parte in qua est ipse cōfessarius. Si enim de ea parte in qua mulieres sunt, loquamur, manifestū est eā esse Ecclesiā partē. Cū intra ipsius cōtineatur ambitum, nulloq; pariete intermedio cōtinetur. Si verō de ea parte, in qua est cōfessarius, credo nō claudi nomine Ecclesiā, etiā si sit intra ipsius parietis concavū (vbi enim extra esset, nulla versaretur difficultas, quāuis locus omninō patēs, nullaq; re intermedia diuisus esset. Quia iam est extra Ecclesiā.) Ducor. Quoniam paries ille intermedius separat, atq; tēplo excludit, ita vt pars illa pro distincto domicilio habēda sit. Vt expressē probat textus. c. vnic. de consec. Eccl. in 6. ibi, *Non vñ, sed plura cometeria esse noscuntur, que quāuis sibi coherentia, pariete tamē medio se iunguntur.* Ex quo textu parietē diuidere, ita vt res sic diuisa dicatur duarū, obseruat ibi glos. verb. pariete, & ibi Archi. fin. An char. n. 2. notabili. 5. Dominicus. n. fin. Frācus. n. 3. Idē censo, si partes illa linteo ce rato, aut tabella, fixis, & immobilibus se iuncta sint. Quoniam cū ea sint fixa, & immobilia, instar parietis habentur. Secus si velo quod complicari, & explicari potest, aut tabella ferreis nexa vncis (vulgo cō gō zes) diuidatur. Quia ea facillē mobilia fixo parieti minimē æquiparatur. Quod si sit paries quidā tenuis (vulgo tabique) fecerens eas partes, portaque clauī obferata, per quā aditus ex vno loco ad aliū patet, adhuc credo partē cōfessarij externam nō claudi nomine Ecclesiā. Quia testib' An char. Domin. n. 3. Frāco proxime relatis, paries intermedius diuidit, licet sit porta per quā de vno ad aliū transitur locum.

35 Vltimō inferitur, Cameras instar' oleari ex aduerso aræ maximā ad sacrū audiendū exadificatas (vulgō tribunas) minimē claudi nomine Ecclesiā. Quia nō deputat ad diuina celebranda, & sunt quasi camere distinctæ, & Ecclesiā adhaerentes.

36 Secundō dico Ecclesiā ab Episcopo benedictā, cōceptāq; ipsius autoritate & dīfī cari, claudi nomine Ecclesiā, vt copula in

ea habita sit sacrilega. Ducor, Quia iam est benedicta, & autoritate Episcopi ad diuina deputata. Quae duo (vt diximus, numer. 24.) desiderantur, & sufficient, quōd locus sacer sit. Secundō, quāi ibi possunt iam fideles sepeliri, vt fiebat in hoc collegio Societatis Iesu, cū enim Ecclesiā qua vtebatur, esset concava, sepeliebantur nostri in Ecclesiā ab Archiepiscopo benedicta, cōceptaq; ædificari. Tertiō, quia est certius, & communius Ecclesiam nondū consecratam, & in qua nondum diuina celebrata sunt, modō sit autoritate Episcopi erecta, gaudere Ecclesiā immunitate, vt multis relatis, tradunt Sylu. verb. loca religiosa quæstion. 4. à numer. 7. Couar. 2. var. cap. 20. numer. 4. & multi alij, & licet (vt dixi numer. 23.) latius pateat gaudere immunitate Ecclesiā: at inde colligō argumentum ad probandum esse locū sacrum, Ecclesiam, quā amplius habet, vide licet, esse benedictam, & diuinis deputatā, quæ sunt duo requisita.

37 Tertiō dico, si Ecclesiā destructa sit, non comprehendī nomine Ecclesiā, nec copulam in ea habitam, aut effusionem sanguinis in ea factam, esse sacrilegā, nec locum violari. Quōd licet in proprijs terminis in nemine iuenerim: colligō ex cap. Abbate ad finem, de verbo. signif. & cap. 2. de noui operis nunciat. & ex c. hoc diximus. 16. quæst. 7. quod est ex Origine homilia. 15. ad cap. 21. D. Matthæi: per quos textus notat glos. d. c. Abbate, sine: & cap. 2. verb. principale, de noui operis nunciat. Ecclesiam destructā minimē gaudere priuilegijs concessis Ecclesiā. Quæ sequuntur omnes doctores statim referēdi: est tamen accipiendum cum hac moderate ratione, si autoritate superioris destructa sit, vt obseruat glos. cap. statutum, de elec. in 6. verb. collegiatis, vbi Dominicus. n. 3. fin. Eadem glossa regula priuilegium. 7. verb. priuilegium, de regulis iuris, in 6. vbi Francus numer. 3. Gloss. d. c. & hoc diximus, verb. destructa. Innoc. cap. 2. de noui operis nunciat. numer. 2. initio. vbi Anton. numer. 4. initio. Anchar. numer. 9. initio. Abbas numero. 5. Henricus numer. 6. Alexan. l. inter stipulantem. §. sacramen. numero. 13. ff. de verb. obligat. lason. numero. 30. Additionator ad Bartolum in editione antiqua, ibi, verb. Ecclesiā. Felin. c. cum dilecta numer. 21. de refcriptis. Rosella verb. priuilegiū. n. 4. Ang. verb. ciuitas, nu. 1. vbi Sylu. q. 2. Tabiena

quæst.

q. final. Armilla nu. 3. Quare tunc Ecclesiam minimē gaudere immunitate, posse que inde extrahi reum, tradunt Remigius de immunitate Ecclesiā, ampliatione. 20. Iulius Clarus, in practica criminali, lib. 5. receptarum. §. finali. q. 30. nu. 6. vers. maius est dubium. Farinacius in sua praxi. q. 28. nu. 70. Paz practica. 1. tomo. par. 5. c. 3. §. 3. nu. 38. Rursus intellige non gaudere priuilegijs Ecclesiā, si autoritate superioris sit destructa, quando ita destructa est, vt nulla reedificationis spes sublit: si enim diruatur, vt iterum ædificetur in eodem loco, gaudebit vtiq;. Vt bene docent A. lex. lason, Felinus, Additionator ad Bartholum, Armilla proximē citati. Quāuis Remigius, Iulius Clarus, Farinacius, & Paz videantur oppositū sentire: dicunt enim non gaudere, quādo superioris autoritate, aut sine spe reedificationis, diruta est. Imō qualitercūq; diruta sit, etiā absq; superioris autoritate, absq; reedificationis spe, non fruetur Ecclesiā priuilegijs. Quia iam nulla ratione potest Ecclesiā appellari. Sic Bald. in procem. ff. veteris. n. 5. Felinus proximē relatus. Et videntur sentire Remigius, Iulius Clarus, & Paz, dum disiumctiue dicunt non gaudere, si autoritas superioris interueniat, aut spes reedificationis desideretur.

38 Quartō dico, si laxetur Ecclesiā, parte aliqua sibi addita, aut capella, licet ea non benedicatur, comprehendī nomine Ecclesiā, licet copula ibi habitā esse sacrilegā. Ducor, quia semper pars addita efficitur vnū cum priori, & eadem Ecclesiā forma persicitur, quare gesta in ea, verē intra Ecclesiā fieri dicuntur. Vnde meritō. l. quæ religio sit. 4. ff. de reuen. dicitur quæ religio sit adherēt, religiosa esse. Vnde gl. c. 1. verb. altare, de elec. Eccl. ait, si aliquid addatur altari cōsecrato, hoc nō execrari, sed sacrū tanquā dignius trahere ad se non faceret: per. e. quod in dubijs. eod. tit. id de censuris in oleo non cōsecrato, additō cōsecrato, vbi Glossa finalis, in fine, & Anto. ibi, sine inferūt, dū vestes sacræ resiciuntur, minimē de siderari sūt, aut panū additū cōsecrari. Et quāuis existimē rem illā additam non effici verē sacram. Quia decisio. d. e. quod in dubijs, procedit in solis liquoribus, & in ijs, quæ cōmixtione confunduntur, vt tradit Anto. d. c. 1. nu. 11. & ibi Abbas sine. Idē. d. c. quod in dubijs, & ne. Ar negari nequit gaudere rei sacræ priuilegijs, dum sic vnita manet.

39 Grauius autem dubiū est de oratorijs. Et quidē si de oratorijs strictē loquamur, & quæ propriē talia dicuntur, qualia sunt hospitalium, aut eremitoriorū, quæ dā Ecclesiā priuata autoritate absq; Episcopi licentia erecta: & alia in domibus priuatis fundata, constat apud omnes ea minimē esse loca religiosa, nec Ecclesiā nomine cōprehendi. Quia possunt ad nutū fundatoris ad profanos vsus redire, quamquā ex Episcopi licentia in eis celebratur. Et ita colligitur ex c. fin. de censibus, vbi dicitur oratoria priuata nō subesse Episcopi potestati, quoad ius visitandi, procuratoris neq; exigendi: iuncto. c. 1. §. deinde liceat, eod. tit. in 6. vbi dicitur Episcopi esse Ecclesiā, & alia loca religiosa, & ac pia visitare. Atq; ita hæc loca tanquā profana non gaudere Ecclesiā immunitate, docent Innoc. c. inter dilectos. nu. 2. de donat. Ab. c. fin. nu. 4. de censibus, & c. patentibus. n. 3. de priuileg. & multos alios referens Felinus. c. de quarta. nu. 9. de præscrip. Ang. verb. immunitas. n. 26. Sylu. verb. loca religiosa. q. 1. & interdictum. 6. q. 5. & immunitas. 1. q. 1. sine. Tabien. verb. immunitas. q. 1. n. 15. Arm. verb. immunitas. n. 19. Remigius, quem refert, & sequitur Iul. Clar. lib. 5. receptarū, in practica crimin. §. fin. n. 6. vers. sed quid dicitur. Grego. l. op. l. 4. verb. à la Iglesia, tit. 11. p. 1. Paz practica, tom. 1. p. 5. c. 3. §. 3. nu. 30. Ceterū difficultas est de his Ecclesijs Xenodochorū, atq; eremitoriorū, quæ consecrata, aut benedicta nondum sunt, at autoritate Episcopi sunt erecta, ad cultumq; diuinū destinata: Videtur enim loci sacri nomine nequaquā comprehēdi. Quia res hæc est odiosa, & pœnalis: statutum pœnis delinquentem in Ecclesiā, non efficit delictum admissum in basilica nondum consecrata, quæ propriē Ecclesiā non est, vt testatur Abb. rubrica de consec. Eccles. n. 3. Ang. verb. Ecclesiā. n. 3. Præterea, quia. n. 24. cū multis diximus, desiderari vt locus sacer sit quoad præsentem effectum, benedictionem Episcopi, aut cōsecrationem Episcopi. Et facit Corduba summa quæst. 12. vbi dicit religiosorum habitacula, nō esse sacra, ita vt copulam sacrilegam reddant: eod quod non sunt benedicta. Atque ita oratoria non consecrata, nec benedicta, nō ndici loca sacra quoad hunc effectum, testatur Henriquez lib. 5. de pœnitentia. c. 6. num. 5. in commercio, litera. H. & lib. 9. de missa. c. 17. nu. 5. Emmanuel Sa sum. verb.

-nsitb

D d d d 4 Eccle-

Ecclesia. s. polluitur Ecclesia. Manuel. 1. tomo summa. 2. editione. c. 154. n. 3. Ceterum existimo loci loca sacra, & nomine Ecclesie comprehendere. Primo, quia iam dicuntur loca religiosa, nec ad vsus profanos redire possunt, vt habetur. c. ad hanc, de religiosis domibus: & ea Ecclesie ad cultum diuinum, vt ad missas celebrandas deputantur, & autoritate Episcopi, ita vt perpetuo cultui diuino emancipata sint, quae deputatio Episcopi autoritate facta locum benedictionis supplet, estque velut consecratio quedam. Secundo, quia haec loca gaudent immunitate Ecclesie tanquam sacra, & religiosa. Vt docent Abbas, Ang. Sylu. Tabiena, Armilla, Gregor. Lopez hoc. n. allegati. Nauar. sum. c. 25. n. 17. Couar. multos referens. 2. vari. c. 20. n. 4. Paz practica, tom. 1. p. 5. c. 3. s. 3. n. 27. & duplici sequenti. Tertio, quia verior opinio habet statutum puniens delinquentem in Ecclesia, comprehendere. admittentem delictum in basilica autoritate Episcopi creata, nondum tamen consecrata, vt in his cui Ecclesia ingressus interdictus est, in ea celebrat, efficitur irregularis. Vt tradunt Calderinus de Ecclesiastico interdicto, membro 2. vers. sed qui in his. Domini cus. c. 15. cui. 5. in. nu. 6. de sen. excom. in 6. Sylu. interdictum. 65. q. 5. Nau. Super. 8. in Leuitico, notabili. 32. n. 3. Atque ita hanc sententiam videtur clare tenere gloss. c. final. verb. consecrata, de consec. Eccles. vbi illius textus. deoidentis Ecclesiam non consecratam pollui semine, aut sanguine, rationem reddit. Quod locus ille autoritate Episcopi diuino cultui dicatus sit: & semel Deo dicatum, ad profanus vsus redire non debeat. Tandem rogabis, an si de autoritate Episcopi. minime constat, & sic sint haec loca sacra, nec ne, quid praesumi debeat? Dic. breuiter non sufficere ad eam autoritatem adiuuasse, praesumendum, ibi esse oratorium, celebrariq; de Episcopi licentia, & id hospitale nomine. alitius sancti appellari, sibiq; esse campanam, sed oportere ibi Cymbalum esse super te etu erectum, publice pulsari. Id eam in oratorij priuatis esse nequit: iuxta c. paten- tibus, de priuileg. & docent ibi Anton. Abbas. n. 1. Idem Abb. c. interdictos. n. 8. de donat. Felinus multis citatis, cap. de quarta. n. 12. de praescript. Sylu. verb. loca religiosa. q. 3. lat. Mascardus de probat. concl. 869. n. 3. & 4. similiter idem praesumitur in dubio, si ibi publice celebratur,

omnibus indifferenter ad diuina audien- da admittis. Ita docent Archid. c. nemo, ad medium, de consec. d. 1. Abbas duplici loco proxime citato: & c. fin. n. 2. de censibus, Mascardus alijs relatis. d. concl. 869. n. 1. & 2. Idem ex cursu temporis, vt si decennio ibi publice celebratur, vt cum multis probat. Menochius de praesumpt. lib. 3. praesumpt. 13. 2. n. 51.

Quinto dico, Coemeterium ab Episco- po benedictum, reputari locum sacrum, efficereq; vt copula in eo habita, & sangui- nis iniuriola effusio in eo facta, sacrilega sint. Constat. Quia (vt dixi. n. 21.) quoties actus aduersatur rei ad quam locus benedicitur, vt officijs diuinis, aut fidelibus sepeliendis, est sacrilegus, at in coemeterio semine, aut sanguine polluto nequit ali- quis sepeliri donec reconcilietur: vt constat ex c. vnico, de consec. Eccl. in 6. Ger- go sacrilegum est. Praeterea, quia eodem modo, quo Ecclesia, polluitur semine, aut sanguine: vt constat ex eodem. cap. vnico: & docent ibi Glossa verb. polluto. Archid. ibi. n. 3. Abbas. c. consilium. n. 2. de consec. Eccl. Henricus. c. final. n. 2. eo. tit. Palud. 4. d. 18. q. 8. art. 2. n. 19. & 20. D. Anto. 3. p. tit. 12. c. 6. s. 7. Ang. verb. consecratio coemeterij. n. 1. Syl. verb. coemeterium. n. 1. & q. 1. n. 2. vbi Armilla. n. 1. Tabien. c. 7. de seueratio. 4. n. 7. initio. Lex finalis, in fine, tit. 10. p. 1. Mantiel. 1. tomo summa. 2. editione. c. 154. n. 3. concl. 12. Atque ita comprehendit nomine loci sacri, & pollui, tradunt Palud. 4. d. 31. q. 3. art. 2. n. 24. Nauar. summa hispana. c. 18. additione ad. n. 3. c. 16. & latina. c. 16. n. 3. vers. interrogatus autem. Corduba summa. q. 12. Enriquez lib. 5. de peccentia. c. 6. n. 5. in commento, li- tera. H. Petros de Ledema. summa sacra- mentorum, tra. 2. de Euchari. c. 20. Ma- nuel. 1. tomo summa. 2. editione. cap. 207. fine. Quar. miror, qualiter Sotus. 4. d. 32. q. vnica, art. 3. concl. 3. Angles floribus. 1. p. de matrimonio. q. 6. de soluendo debito, fin. Grassi. 1. p. de cisionum, lib. 2. c. 83. d. 10. Manuel. 1. tomo summa. 2. editione. d. 243. n. 19. Vega tom. 1. summa. c. 78. casu 1. Caedo summa sacramentorum, tra. 2. de matrimonio. c. 8. n. 75. asserant nomine loci sacri non comprehendit coemeteria, nec in illis esse violationem, sicut necin cameris adiacentibus Ecclesie. **Sexto** dico, claustra religiosorum, id est, spatium illud inter parietes, & columnas sub fornibus constitutum, ab atrocibus

40

41

disiun-

disiunctum externo, si benedicta sint, religio- sisq; sepeliendis destinata, comprehendit nomine loci sacri. Quia benedictione, & deputatio ad diuina habent, sic Corduba summa. q. 12. **Septimo** dico, caetera religiosorum habitacula, ac officina, quamuis Ecclesiastica immunitate gaudeat, minime tamē dici loca sacra, quae sanguinis, aut feminis effusione violentur, aut reconciliatione indigeant, aut hęc sacrilega reddant. Quia nec Episcopi benedictionem, nec ad diuina deputacionem habent. Atque ita docet Nauar. summa hispana. c. 18. additione ad. n. 3. c. 16. latina. c. 16. n. 3. vers. interrogatus autem. Corduba sum. q. 12. Enriquez lib. 5. de peccent. c. 6. n. 5. in commento, litera. H. Manuel. 1. tomo summa. 2. editione. c. 207. n. 3. Grassi. p. 1. de cisionum, lib. 2. c. 83. n. 10. Addunt & bene Corduba, & Enriquez, id esse verum, licet Prior conuenticus singulis nobilibus benedictor doctorum, & aqua lustrali aspergat. Et Cordu-

ba bene addit, etiā si sit altare ad celebrandum ibi constitutum. Quia reputabitur tunc vt priuatum oratorium. **Tandem** dico, quamuis attentio iure ciuili. l. 2. C. de relig. & sumpt. fun. quilibet locus efficitur religiosus, si in eo consentiente domino fidelis sepeliebatur: at secus est iure canonico attentio, quare locus ille nec erit sacer, nec nomine Ecclesie comprehenderetur. Quia ad id autoritas Episcopi desideratur. c. ad hanc, de relig. domibus, nec laicis permittitur locum sacrum constituere. Ita docent gloss. c. in Ecclesiastico, verb. si terra. n. 13. q. 2. & ibi Archid. ad finem. Annoe. c. penult. n. 7. de sepulc. & ibi Abb. n. 4. idem Abbas. d. c. ad hanc. n. 3. & c. quanto. nu. 10. de iudic. vbi Decius. n. 9. Felin. num. 4. Card. elem. in principio. q. 7. de sepulc. Sylu. verb. loca religiosa. q. 1. Peralt. l. Meuius. 5. in fundo n. 5. ff. de legatis. 2. Faber. Arretius. Immo la. Mathesalenus, quos refert, ac sequitur Padilla. i. i. ubi n. 16. de tranca.

DISPUTATIO DECIMASEXTA.

Verum ratione modi, vel situs reddatur vitiosus congressus coniugalis?

**SVMMARIVM.**  
**E**xplicatur modus naturalis congressus, quoad situm. n. 1. p. 1. s. 1. d. 1. **Referuntur** quaedam sententiae. n. 2. s. 1. d. 1. **Sententia auctoritatis** n. 3. **Nil eorum, quae coniuges seruat vase naturali efficiunt, est mortale.** n. 4. **An his modis impediatur generatio, aut feminis retentio? Et quid si aliquis semina non retinet?** nu. 5. **vbi an interrogandi sint po- nentes de hoc?** **Quid, si ita copulentur coniuges gratia sobolis impediendae, vel non ita certa sit?** nu. 6. **An aliquando culpa vacet sic congressi?** num. 7. **An coniuges potius modo seu situ non naturali, teneatur alter reddere?** nu. 8. **Soluuntur argumenta.** nu. 9.

**A**d circumstantiam modi de qua praesens est disputatio, pertinet tractare, quando naturalis vsus minime inter coniuges seruat vase legitimo vase: vel semine extra illud effuso, sive data opera, sive ex naturali im-

potentia post matrimonium contingenti, vel quando ante vtriusq; aut alterius seminatione, se a copula retrahunt. Et quoties aliquid a coniugibus efficitur, quod pro- lis conceptioni obstat, vel abortus sequatur. Et quando seruat legitimum vase solus situs, modusq; naturalis concumbendi variatur. Et de hoc est praesens disputa- tio. De reliquis autem, subsequenti bus dis- putationibus sermo erit. Praemitendum verò est, qualis sit modus concumbendi naturalis quoad situm. Is autem est, si mulier succuba, vir autem incubus sit. Quia modus hic aptior est effusioni virilis semi- nis, receptioniq; in vase femineum, ac retentioni: & congruentior est rerum natura, eum vir agens, femina vero sit partu- s. Quamobrem omnis deuiatio ab hoc modo, aduersatur aliquo modo naturae: eoque magis, quod fini huic situs contrarius est. Vnde minor est deuiatio, dum coniuges a latere, aut sedendo, stando, coniunguntur, pessima tamē, dum praeposterē, pecu- dum more, aut vtro succumbente. Ita ad- uerit Abulen. c. 5. Mat. q. 27. & omnes,

43

Qua-